Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



novis colonis tradere necessarium fuerit, ne plane in solitudinem silvesceret. Eadem sentiunt Adelzreiter Ann. Boic. p. I, l. 6. et Falkenstein Hist. Bav. p. II; contra Angeckum et Aventinum, aliosque eorum exscriptores, qui Bojos vi et armis Gatiam acquisivisse sine idoneo teste fabulantur. Hanselius Germ. sac. t. I. c. 16, totam hac Bojorum migr. Ger. Get. c. 53.

[1 gratiosa inter fabulas reputat. ~~Sed~~ Quem non moror, siquidem alios omnes absque fundamento scripsisse, persuadere sibi possit.

46) Anonymus Valesianus Chron. ad an. 526. Jornandes

47) Brunnerus Ann. Boic. p. I, l. 4. Adelzreiter Annal. Boic. p. I, l. 6. Dagobertus R. in leg. Bajuar. prolog. apud Lachenium Annal. Sab. sec. VII § 15.

[Rem opera est, hanc historiam latius deducere et solidius, quoad fieri potest, comprobare.

47*) ~~Historiam hanc intricatissimam ut expliceamus, magna attentione opus erit. De omnibus Auctores et Monumenta consideremus~~ Gregorius Turon. Mir. l. 1, c. 14: Quadam mulier a Maurienna urbe progrediens ipsius Procuratoris reliquias expetivit: et ita se constrinxit vinculo juramenti, ut non ante a loco discederet, nisi de membris ejus mereretur quicquam accipere. Sed cum impossibile hoc incolae loci narrarent: prosternebatur quotidie ante sepulcrum, orans sibi, ut diximus, de sacris artubus aliqua condonari. In qua intentione integrum duxit annum; similiter et alterum, jugi semper oratione deposcens. Tertio vero ingrediente anno, cum orationem suam perficere non cerneret ~~ac~~ ad effectum; projecit se ante sepulcrum et obtestatur, non se exinde surrecturam, priusquam hac petitio obtineretur a Sancto. Septima vero die, cum jam inedia deficeret, apparuit super altare pollex micantioris ac lucis effulgens. Cognito autem mulier Dei dono, surrexit a pavimento, factaque capsula aurea, in ea recondidit, quae Domino largiente meruerat, et sic gaudens remeavit ad propria: impletumque est in illa, quod Dominus ait in Evangelio: Amen dico vobis; quod si perseveraverit pulsare, etsi non surgat pro eo quod amicus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, et tribuet ei, quotquot habet necessarios. Post haec tres episcopi adventantes de civitatibus suis ad adorandum in hoc loco, voluerunt partem de hoc pignore elicere: positoque in medio, nihil omnino auferre potuerunt. Tunc una vigilantes nocte deprecati sunt, ut aliquid mereretur a pollice, positoque super eo linteo dum partem auferre conantur, una ex eo guta sanguinis cecidit super linteum. Quod cernentes, duas deinceps noctes vigilant. Perinde prostrati coram sancto altari, dum supplicant, ut adhuc majus aliquid mereantur a pollice: duae iterum ex eo fluxerunt guttae. At illi gavisi colligentes devote quod Dominus dederat, juxta